

nam exigeret de bonis commissis ad dispensandum. Iam enim non poteris villicare. Seu ut exprimit Sytiacus. Iam amplius, seu Arabicus. Iam ulterius, non eris mihi administrator; mea enim bona dissipasti. Et hæc dicit Dominus, non poteris iam villicare: Ex quo docemur, quod post huius vitæ exactionem, non restabit possibilitas ad merendum, quia ut dicitur Ecclesiast. 9. n. 10. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio erunt apud inferos, quò tu properas.

QVÆSTIO IV.

Quare audita fama dissipationis bonorum Dominus vocat villicum?

23. **A**VDIVIT Dominus famam, quod villicus illius bona dilapidaverit, tamen ex hac audita fama non vult eum condemnare, sed eum vocat ad reddendam rationem bonorum, quæ illi tradita fuerunt, non enim cuilibet famæ, aut quibuscumque vocibus delatis acquiescendum, ut ad damnandum, ac ad sententiam proferendam procedatur, sed altius res est examinanda.

24. Dans Deus Moysi multa præcepta iudicialia, ait. Non suscipies vocem mendacij. Exod. 23. n. 1. Septuaginta legunt. Non suscipies auditionem vanam. Quænam est auditio vana, quæ à iudice non est admittenda? Illa sane, quæ non evidenti ratione firmatur, nec plus habet entitatis, quam quod aliorum ore, ac vocibus circumferatur, in his sæpè falsitas, ac mendacium inest. Philo lib. de Iudice. Hoc, ait, legis caput mihi videtur quidem è Græcis Legislatoribus desumpsisse, è sacratissimis Moysi tabulis, & interdixisse, ne auditus feratur testimonium, quod quæ quis vidit, certa indicanda sunt, quæ vero audivit non proinde firma. Quæ audiuntur, non statim habenda sunt ut solida, ac firma, sed dubia, & incerta; caueant ergo prælati, ac Rectores civitatis, ut ex his, quæ aura percipiunt, statim moveantur in varias partes, ne in multa præcipitia cadant, & ruant.

25. Altius res est examinanda, ac discutienda, ut etiam criminum fiat reo copia, nullus enim inauditus condemnandus est; Hinc Dominus vocat villicum, proponitque ei auditam bonorum dissipationem, rationemque rerum expostulat, ut tandem ipse conuictus damnetur. Ut dicitur Ioan. 7. num. 51. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?

26. Cùm Ionas fugeret in Tarsum exurgunt venti, sævit mare, vehemensque tempestas exoritur, qua nautæ oppressi tanti discriminis reus iactis fortibus indagatur: deprehensus Propheta somno sepultus in omniumque aspectu constituitur, à quibus interrogatur. Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? Quæ terra tua, & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Ion. 1. n. 8. Quid agit nautæ? Crudelis tempestas virget, nauicula vndis concutitur, ac pene submergitur; cur moram trahitis, & longam exquisitionem totius vitæ Ionæ indagatis? Nonne succiente tempestate qualibet mora valde nociua? Cur ergo miserum hominem non præcipitatis in mare? Agebant boni nautæ in causa Ionæ vices iudicum, & potius voluerunt in manifesto periculo

vitæ versari, quam inexaminatum hominem damnare; sæviebat mare, navis vndis operiebatur, tamen adducitur in omnium conspectu Propheta, & processus, ac series rerum exquiritur. ac exauditur ab eo, & postea in mare demergitur. D. Chrysostom. homil. de Iona Propheta tom. 1. Propheta proditur forte, ait, & nauta non illico eum præcipitare festinant. Sed adhibita cœmmunione colloquij servantes, velut iudicij disciplinam cum omni diligentia maturas interrogaciones proferebant, & responsa poscebant. Audi iudiciariam inquisitionem, unde tibi profectio? Quo est festinas? De qua gente? Accusat maria fluctibus inquietis, foris autestatur incertum, reus omnibus inquietis, foris autestatur incertum, nisi testium verba ipsius rei fuerint confessione firmata.

27. Cùm Iacob recederet à domo Laban, à quo in monte Galaad comprehensus est, scrutansque omnem illius substantiam (suspiciatus enim erat Deos suos ab illo furto fuisse ablatos) cumque nihil inuenisset, ait illi Iacob. Quid inveniisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me, & te. Gen. 31. n. 37. Nonne sufficiebat dicere crimen, de quo me arguis, constitue coram fratribus meis, & tuis? Ad quid insuper addidit illam particulam (hic) id est me præsentem, dum ego hic ad sum? Licet enim iudicium esset exercendum per fratres, & cognatos, nullo tamen modo illud admittebat, nisi fieret, dum ipse esset præsens, ut pro se audiretur, obiectisque responderet, ac contra illa defensionem præponeret. Origenes ad illa verba Rom. 2. num. 15. Inter se iniucem cogitantibus, defensionibus, aut accusantibus: sic ait. Rectum iudicium Dei, quis dubitet esse, ubi accusatores adhibentur, & defensores, & testes? Et quidem de hoc iusto Dei iudicio nos homines exemplum capiamus, ne putemus unquam sine accusante, & defensione, & testibus iustum haberi posse iudicium. Expende verba, sine defensione. Nullum datur rectum iudicium nisi reus audiatur pro se defensionem producentis.

QVÆSTIO V.

Quare cùm Dominus optimè sciret dissipationem bonorum factam à villico, non statim illum vocat, nisi postquam res famâ delata est ad eum?

28. **D**EVS sub nomine huius diuitis communiter intelligitur, quid est, quod dicitur villicum vocasse, postquam villicus diffamatus, seu fama accusatus est apud illum? Nunquid fama, seu famæ clamoribus Deus indiget? Antequam fama cœpisset, ac diulgaretur, iam ipse optimè serui delicta videbat, cur ergo non antea, sed modò post huiusmodi rumorem vocat?

29. Eleganter responder ad quæstionem D. Chrysostol. serm. 125. Hic diffamatus est ante illum. Ergo Deus fama credidit? Fama nuntians cognovit? Absit: sed quia illa, quæ cognoverat, quæ pietate velauerat, querere tunc cœpit, quando accusabat terra: vox sanguinis fratris tui clamat de terra, clamabat terra, clamabat calum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur. Quæ verba, ut multo

30. multo acumine plena profunde sunt examinanda. Primò. Quæ pietate velauerat, querere tunc cœpit, quando accusabat terra. Bene sciebat Dominus substantiam suam à villico dissipatam, tamen pietate celauerat, ac dissimulaerat, & querere tunc cœpit, quando accusabat terra. Et communis vox, & fama proclamabat ac veluti diuinam iustitiam ad vindictam compellebat, sicut Deus dixit ad Cain. Quid fecisti? Vox fratris tui Abel clamat ad me de terra. Genes. 4. num. 10. Pœspicue Deus crimina Cain agnoscebat, tamen tunc ad iustitiam, ad supplicium inferendum processit, quando terra clamans fratricidam proderat, & diuinam iram prouocauerat. Querere tunc cœpit quando accusabat terra: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Pro quo facit illud, quod Deus dixit ad Noë. Finis vniuersa carnis venit coram me, Genes. 6. num. 13. Non ait: ego impono finem vniuersæ carni, sed ipse finis venit, & mihi minimè quærenti, ac volenti se se obicit, & offert, ut de peccatoribus debitas pœnas sumam. Huncala. Ipse finis, ait, vniuersæ carnis venit coram me, sicut oblatum, non à me quæsitum, qui nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat: tam aperta sunt hominum flagella, ut ipsa se meis oculis passim ingerant, & offerant.

31. Secundò. Querere tunc cœpit, quando accusabat terra. Optimè agnouerat Dominus occulta furta, ac crimina villici, tamen post diffamationem, & non antea, ipsum vocat, villicationisque rationem exigit, & si antea sciret, sua tamen priuata scientia uti noluit, sed tunc vocat, quando fama dat occasionem inquirendi, testes aderant, & aperta criminis argumenta, ac indicia proferebantur; discant & Prælati à supremo Domino, non priuata scientia, sed communi testium depositione uti, ut iudicent, non pro ut ipsi volunt, sed pro communes leges, ac iura decernunt. D. Ambrosius serm. 20. in Psalm. 118. Discite, ait, iudices sæculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem, Dominus omnium dicit: non possum ego à me facere quidquam, sed sicut audio, iudico, Ioan. 5. num. 30. Expende quod ait, sicut audio. Non verò sicut imaginor, vel fingo, sed sicut audio, ac intelligo à Patre meo; de quo latius dixi tom. 3. cap. 2. q. 9. num. 70. & 74. 75.

32. Tertiò. Querere tunc cœpit, quando accusabat terra. Clamabat terra, clamabat calum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur. Antequam fama inchoasset aperte videbat Dominus crimina à villico perpetrata, at quandiu erant occulta, & in tenebris latebant, sic se gerebat Dominus, ac delicta dissimulabat, ac si non extitissent, ac oculis eius non essent aperta; at ut publicari cœperunt, & per omnium ora volitare, statim ad supplicium processit, & pœnam per intimationem infligit. Iam non poteris villicare. Delictum enim quandiu occultum dissimulat; at verò fama iam euulgatum, ad iram, & vindictam exposcit.

33. Ait Oseas cap. 7. num. 1. Reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samarie, quia operati sunt mendacium, & fur ingressus est spolians, latrunculus foris, Magnum malum opprimat totum Israel, fur ingrediens, & latrunculus foris. Nam ut ait ibi D. Hieronymus: Fures insidiantur, & occulta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiunt. Magna calamitas opprimat modo totam Samariam, cum ipsa multo tempore antea esset

demersa in iniquitate, à Hieroboam nempe qui fecit vitulos aureos. Cur modo tam rigidum supplicium descendit in totum populum? Reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samaria. Quando enim populi peccata erant veluti abscondita, ac tanquam inter priuatos parietes, dissimulari videbantur; ac cum in publicum prodeunt, & fama totum occupant orbem, statim ad vindictam, ac supplicium proceditur. Et fur ingressus est spolians, & latrunculus foris.

34. Confirmatur maximè, quia Dominus non arguit tantum villicum de substantia deperdita; non enim ait illi: dissipasti facultates meas, sed potius eum arguit de fama, ac publicitate delicti orum. Quid hoc audio de te? ut ait Chrysologus: Querere tunc cœpit, quando accusabat terra. Peccatum cum publicum euadit, minimè dissimulandum est. Ecce duæ mulieres peccatrices Magdalena, & Samaritana. Samaritanam quærit Christus. Venit in ciuitatem Samaria, quæ dicitur Sichar, Ioan. 4. num. 5. Magdalena verò Christum exquirat. Ecce mulier in ciuitate peccatrix, ut cognouit, quod accubisset in domo Pharisei, Luc. 7. num. 37. Cum tamen Samaritana esset multis erroribus suæ gentis infecta, & conditione etiam vilis extitisset; Magdalena verò valde nobilis, & illustis. Vnde ergo tanta differentia? Samaritanæ mulieris erant peccata occulta, ita ut cum Christo illa ei obiceret, ab ea ut propheta habitus est. Video quia propheta es tu, Ioan. 4. num. 19. At Magdalena publicæ peccatrix in ciuitate. Et cum illius peccata essent occulta, cum ea magis dissimulandum, ac mitius agendum fuit, quam cum illa cuius delicta in omnium ore, ac oculis ut publica versabantur. Vnde ait Cassiodorus lib. 3. variat. Benignitate peccata occulta abscondenda, benignitas verò delictis publicis deneganda. Vide tom. 2. cap. 29. quæst. 2. num. 15. 16. 17. & tom. 3. cap. 29. num. 100. & 101.

QVÆSTIO VI.

Quare Dominus audit crimina perpetrata à villico, cum ipse esset magnus in domo sua?

35. **V**ILICVS valde magnus erat in domo Domini sui, eique valde intimus familiaris, & tamen delicta ab eo commissa audit Dominus, multique fuerunt, qui hæc Domino suo denuntiare ausi sunt. Bonus autem Princeps debet aperire oculos, ac aures ad audienda, & inuestiganda suorum aulicorum crimina; delinquent duo ex intimis Palatinis Regis Pharaonis, ut ait textus: Accidit ut peccarent duo Eumuchi, Pincerna regis Egypti, & pistor Domino suo; iratusq; contra eos Pharaon, misit eos in carcerem, Genes. 40. num. 1. Quamuis essent ex primis Palatinis, ac gulæ, & delictis regis inferrent, tamen eorum delicta non sunt abscondita, sed manifesta regi, ut pro illis pœnas darent, ac in carcerem mitterentur.

36. At verò iniquus princeps nihil agnoscit eorum, quæ à suis aulicis moluntur. Mittit Aman ad vniuersas prouincias literas annulo regis obfirmatas, ut vbique omnes Iudæi vna die occiderentur, Esther verò multos modos, ac ambages excogitauit, ut hæc regi diceret, ac exponeret, quod cum audisset rex Assuerus, ait: quis est iste, ut hoc audeat facere? Esther 7. num. 6. Hebraicè habet

Syrac. Arabicus.

Ecclesiast. 9.

23.

24. Exod. 23. Septuaginta.

Philo.

Prælati non credat statim rebus auditis.

25. Nemo inauditus damnandus.

Ioan. 7.

26.

Ion. 1.

Quamuis elemona accusent, reus inauditus non damnandus.

Chrysost.

27.

Genes. 31.

Nullus inderisus damnandus.

Origenes.

28.

Difficulta quæstio.

29.

Chrysolog.

Deus ex nostris criminibus prouocatur ad supplicium, & pœnam. Genes. 4.

Genes. 6.

Huncala.

31.

Prælati non utatur priuata scientia.

Ambros.

Ioan. 5.

32.

Peccata occulta dissimulanda, publica puniendana.

33. Oseas 7.

Hieron.

Delictum euulgatur, puniendum.

Chrysost.

Ioan. 4.

Luc. 7.

Ioan. 4.

Benigni ius agendum cum peccatore occulto, quam cum publico. Cassiodor.

35.

Bonus princeps agnoscat delicta suorum palatinorum.

Genes. 40.

36.

Esther 7.

Hebr.

habetur, Et dixit rex Assuerus, & dixit. Hoc est semel, & iterum dixit, tanquam magnam admirationem de re audita ostendens, hoc negotium valde publicum, & manifestum erat; nam editum pendit in ciuitate Susan, & cursores per omnia loca pergebant, vt regis imperium exple- rent, Esther 3. Res ergo, quae nota erat omnibus ignota est regi? Cum illud decretum de nece Iu- daeorum esset negotiatum ab Aman, qui erat in- timus familiaris, ac aulicus regis, nullus erat, qui eius crudelitatem, ac immunitatem auderet regi dicere, & aperire. Et ideo tanquam rem nouam, ac à se penitus ignotam iuxta radicem Hebraicam semel, & iterum dixit: Quis est iste, qui hoc audiat facere? Nam vt bene notant Sanctius, & Magister Celada, ad hunc locum. Quamuis Assuerus optime sciret à se constitutum fuisse decretum postulante Aman de quodam populo perdendo, tamen minimè fuisse explicatum hunc esse popu- lum Iudaeorum; solum enim ille dixit Assuero: Est populus in regno tuo per omnes prouincias disper- sus scita regis contemnens, Esther 3. num. 8. Et ideo cum audit Assuerus populum Iudaicum esse adie- ctum neci, tanquam res noua, & inopinata est illi.

Esther 3.

Multis Prin- cipes suorum Palatinorum delicta igno- rant;

Sanctius. Celada.

Esther 3.

QVÆSTIO VII.

Quare cum Dominus rationem petit à vil- lico, statim ei comminatur, quod non poterit amplius villicare?

37. Chrysol.

RESPONDET primò D. Chrysol. serm. 125. Cognita velut audita impurat, quia in reum non vult accelerare sententiam; & conuictum penes se, velut accusatum conuenit, qui negotium gessit, ve- nia sic prerre. Quamuis delicta aperte Dominus cognosceret, vt audita tamen obicit, & quamuis reum statim conuictum poterat ostendere, ad ra- tionis examen tamen vocat, & indilatè illi pec- nam obicit: Iam non poteris villicare. Quid sibi volunt huiusmodi minæ, ac moræ, nisi vt dilatio- nis tempus interponatur, nisi vt reus sibi caueat; poenitentiam agat, & misericordiam petat? Vidit Ioannes septem Angelos percutientes terram, & ait: Quartus Angelus effudit phialam suam in So- lem, & datum est illi affligere homines æstu & igni, Apocal. 16. num. 8. Et igni. Ex Græco communi- ter interpretes Viegas, Cornelius, R.P. Ioannes de la Haye legunt, calore quodam vehementissimo tanquam igne, cur ab Angelo huiusmodi æstu, ac calore opprimuntur homines, & non potius aliquo fulgure, vel rapidissimo igne, vt vno momento consumpti comburantur? Hac lenta plaga volebat Deus hominum duritiam emollire, inrendebat diuina pietas, vt homines non perirent, sed vt ad poenitentiam agendam reuocaren- tur; & ideo subditur statim num. 9. Æstuarunt homines æstu magno, neque egerunt poeniten- tiam. Andreas Cælar. Fortassis, ait, sensibili So- lis ardore homines tunc temporis incenduntur, cla- mante Deo, chamo, & fracto maxillas eorum constrin- gente, & vi quadam impellente eos, qui cunctantius ad illum accedunt, quòd hac saltem ratione excitati, tandem aliquando ad poenitentiam spectent.

Deu cõtã- tur in pœna inferenda vt det locum ad poenitentia. Apoc. 16.

Viegas. Cornel. La Haye.

Andr. Cæl.

38.

Secundò ait illi Dominus: Non poteris villica- re. Non ait: Nolo te esse meum dispensatorem, nec ego te ab officio tuo deiicio. Sed non poteris

villicare, Vt villicus sibi tribuat, quod à munere suo excludatur. Ac si illi Dominus dicat, ex beni- gnitate mea tibi munus villicationis dedi, tu ve- rò ex tua malitia, ac nequitia te inhabilem reddi- disti, vt meam substantiam non valeat administra- re. Mea clementia tibi manus dedi, tua verò ini- quitas est in causa, vt te à munere tuo dimittam. Ait D. Paulus: Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, 2. Cor. 1. num. 3. Perbellè D. Bernard. serm. 5. de Natiuit. ait: Rectè igitur non Pater iudiciorum, & ultionum dicitur, sed Pater misericordiarum, non modo, quòd Pater videatur misereri potius quam indignari, & quemadmodum Pater filiorum misereatur timentium se, sed eo magis, quòd miserandi cau- sam, & originem sumat ex proprio iudicandi, vel ul- ciscendi magis ex nobis. In Deo æqualis est mise- ricordia, & iustitia. Tamen ipse dicitur Pater misericordiarum, non verò Pater iudiciorum, & ul- tionum, quòd ad iustitiam spectat, quia (vt ait D. Bernardus citato serm.) Ex se enim sumit mate- riam, & velut quoddam seminarium miserandi. Ex peccatis verò nostris occasionem puniendi, ac casti- gandi.

Deus ex se miseretur, ex iniquitate nostra puni.

1. Cor. 1.

Bernard.

Cur Patu misericordiarum, & non ultionum?

39.

Tertid. Valde rigidè, & austerè, ait Dominus villico: Iam non poteris villicare. Sic Dominus suum intimum familiaritatem, ac suæ familiaris admi- nistrationem excludit, ac reicit? deprehensus est villicus iniquus, seruus, & malus dispensator. Quid ergo mirum, quòd Dominus tam seuerè eum à se dimittat, omnes enim respectus ampu- tandi sunt, omniæque prætermittenda, vt homo malum seruum à se excludat, ab eoque immu- nem, & absolutum se videat. Cum totus orbis fame opprimeretur, sedebat parens meus Elias in torrente Carith. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes, 3. Regum. 17. num. 6. Cur cibus non ad- ministratur Prophetae per columbam, vel turtu- rem? cur coruus auis immunda, foetida, ac crude- lis ad hoc ministerium eligitur? Sic egit Diuina pietas, vt Elias immundi obsequij tædio, aborre- scensque escam per foetidum, ac squalidum os de- latum, laxet cælum, fiat pluuia, dimittaturque fa- mes. Pulchrè D. Basilius Seleuc. orat. 11. Cum, ait, miris opera corporum, vt immunda bestie cibum abominatus soluat famis decreta.

Amputanda omnia, vt ho- mo malum seruum à se amputet. 3. Reg. 17.]

Basil.

40.

Quartò. Ait Dominus villico: Iam non poteris villicare, eum ab officio suo dimouere determi- nat; & meritò sanè. Iniqui ministri, ac mali di- spensatores ab officio deturbandi sunt. Ob diffi- mulatum peccatum filiorum suorum graui, ac ri- gida pœna punitur sacerdos Heli à Deo, sic enim ei dixit vir quidam Dei: Magis honorasti filios tuos quam me, propterea ait Dominus Deus Israel: Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sis senex in domo tua, 1. Regum 2. num. 29. Cur tanta pœna interi- tus sui, ac filiorum afficitur Sacerdos, cum ipse grauius reprehenderit filios suos? Dixit enim eis: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pes- simas ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama, quam ego audio, ibidem num. 23. & tamen ex alta promissione parentis sui monitis filij non acquieuerunt. Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos, ibidem num. 25. Quamam culpa exitit Sacerdotis tanto supplicio digna? Magna sanè, cum enim videret filios suos iniquè sacerdotale munus administra- re, eos tamen ab officio non remouit, sed secuta retinuit, inde in tantam Dei indignationem deuenit.

Iniquo mi- nister ab offi- cio Dei ciet- dus.

1. Reg. 2.

Hieron.

nit. D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum, paulo post medium: Quo offendit, ait, Heli Pon- tificex, qui corripuerat quidem filios, sed quia non ab- tulerat delinquentes, retrorsum cecidit, & mor- tuus est.

Luc. 16. n. 3. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia Domi- nus meus auferet à me vil- licationem? fodere non valeo, mendicare eru- besco.

Num. 4. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villica- tione, recipiant me in do- mos suas.

VERSIONES.

Syriacus n. 3. Dixit autem præfectus do- mus apud se: quid faciam cum Dominus meus au- ferat à me dispensatio- nem? quia fodere non possum, & mendicare pudet.

Arabicus. Quia cum Dominus meus abstulerit à me admini- strationem.

D. August. Fodere non possum, men- dicare confundor.

Arabic. n. 4. Iam scio quid faciam, vt cum recesserit à me ad- ministratio

Vatablus. Cum amotus fuero à di- spensatione, sint qui reci- piant me.

EXPOSITIO III.

IT autem villicus. D. Bonauent. Timor iudicij sollicitat mentem ad procreationem subterfugij, si ideo videns villicus se esse iudicandum, requirit remedium. Ait autem in- tra se; non se excusat, nec crimen negat, sed cul- pa conuictus omnino obmutescit, & valde anxius cogitabat in animo suo. Quid faciam? Glossa, vt pœnas euitem. Quid faciam, quo vitam meam sustentabo? Rectè notat Carthusianus: potius cogitauit villicus quid faciam, quàm quid dicam, sciens apud infallibilem iudicem, quod plus va- leant opera virtutis, quàm verba composita, di- cente Apostolo: Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute, 1. Corinth. 4. num. 20. Quia Domi- nus meus. Quamuis esset in absentia Domini sui, qui computationem bonorum exigebat, tamen non inuehitur verbis in eum, sed cum reuerentia, ac vrbani- te Dominum suum appellat. Auferet à me villicationem, seu dispensationem, vt habet Sy- riacus, quo officio administrandi facultates Do- mini sui, se suamque familiam hæcenus aluerat. Et notandum, quòd non dixit, auferet de futuro, sed auferet de præsentì, quia mortem, tempusque reddendæ rationis, non vt futurum tantum, sed etiam vt præsens, ac instans debemus considera- Sylueira in Euang. Tom. IV.

41. Bonauent.

Glossa.

Carthuf.

1. Cor. 4.

Syriac.

Mors semper vt præsens cogitanda.

re, sicque semper præparati debemus esse. Fodere non valeo, labore manuum ad victum comparan- dum, mendicare erubescio, seu, pudet; cum hæcenus multas diuitias habuerim. Denotatur quòd post mortem nec est tempus exercendi poenitentiam, nec aliorum patrocinium, ac adiuuamen quaerendi.

Scio quid faciam. Non quid dicam, ait; qui enim suis rebus vult consulere operibus, non ve- rò verbis se accingit. Altutumque consilium cogit; vt ait D. Bonauent. magis de acquirendis amicis, quàm de congregandis diuitiis. Amicus bonus melior, quàm diuitiæ multæ Vt cum amotus fuero à villicatione: à dispensatione, ac ministerio officij. Recipient, (debitores Domini mei) me in domos suas. Quibus ego misericordiam impendo, remittendo partem debiti, mihi misericordiam impendent recipientes me in domos suas: nam vir misericors misericordiam apud alios inueniet debitores villicus tanto beneficio eos etiam vult astringere, vt ipsi ex gratitudine eum alant in do- mibus suis.

In multis, vt notat Hugo, apparet hic prudentia villici. Quam postea Dominus laudat. Primò quia prævidit villicationem suam esse finendam, quia Dominus meus auferet à me villicationem. Vnde dicitur Ecclesiast. 10. num. 11. Omnis potentia- tus vita breuis. Secundò præcogitauit, quomodo sibi succurreret in futurum. Quid faciam? Ter- tidò considerauit statum suum, posteqe suum; suæque vires: fodere non valeo. Quartò amicitiam proximorum iudicauit, remedium opportu- num, dicens: Quantum debes Domino, &c. Vlti- mò facit

42.

Bonau. Amicus bo- nus super omnes diuiti- as.

43.

Hugo. Prudentia villici.

Eccles. 10.

QVÆSTIO VIII.

Quare villicus non vocat in consilium ami- cos, vel consanguineos, sed tantum secum loquitur?

MAGNO timore, ac anxietate conturbatus erat villicus, cum ei dixisset Dominus suus: Quid hoc audio de te? iam non poteris villicare. Vi- debat, ablata illa administratione à Domino suo se ipsum ad extremam miseriam esse reda- ctum; cur ergo in negotio tanti ponderis, rem non consulit cum aliquo amico fideli, vxore, fi- lio, vel consanguineo aliquo? Quis enim sibi per- suadeat, quòd tantarum diuitiarum administra- tor, non multos habuisset amicos, familiares, & seruos, cum quibus rem discutere valeret?

Respondet D. Chrysol. serm. 125. Querit intra se consilium, qui foris, vnde sibi iam succurreret, non habebat. A nemine, nec ab amico, nec familia- ri postulat villicus consilium, quia licet olim mul- tos habuisset amicos, ac familiares, cum tamen Dominus eius irata facie, aduerso vultu erga eum se exhibuisset, omnes iam sibi experiebatur ad- uersarios, ab omnibusque se deserere videbat, & nul- lus iam ei aderat, cui rem suam credere posset. Aman cum esset intimus regis familiaris mul- tos habebat amicos. Conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam, Esther 5. n. 10. tamen cum rex in eum irascitur, nullus est, qui pro ipso vnum verbum loquatur, sed vnus est Harbona de Eunu- chis, qui regi exponat lignum paratum, vt in eo suspendatur, Esther 7. num. 9. Palatinorum turba

44.

Ratio diffi- cultatis.

45.

Chrysol.

Regis numerus ac voluntatem sequuntur Palatini Esther 1.

Esther 7.